

XVIII

De B. Dyoscoro.

Uidimus et alium venerabile patrem apud Aethiopia Dyoscorum nomine presbiterum. habitum in monasterio suo centum fere monachorum. quem tempore quo acceditur ad sacramenta. summam curam summamque perspicimus adhibere diligentiam. ne quis eorum qui accedunt in aliquo delferret conscientie maculam. intantum ut etiam de his eos comoneret. que accidere per somnia hominibus solent. vel per fantasias mulierum apparerent. vel etiam per naturalis hominis habundantiam. Dicebat ergo siquidem absque mulierum fantasias tale aliquid eveniat. non esse peccatum. Ingenuus enim humor in corpore ubi propria repleverit receptacula. suis necesse est ut meatibus degerat. et ideo non trahatur ad peccatum. Cuius vero visus mulierum et blandimenta carnis occurrunt. in hoc iam delictis anime. et erga hominum cogitationes atque illecebras occupate dari affirmabat indicia. Debere ergo monachos aiebat omni genere a cogitationibus suis repellere hominum simlacia. nec indulgere eos omnino in hec blandimenta dilabi sensus suos. alioquin nichil interesse videbitur inter eos et illos qui seculo vivunt. sed laborandum est monachis ut etiam naturalis humor per multam ieiuniorum abstinentiam et frequentes orationes coment ac superent. fluxumque eius labem. orationis et ieiunij prunatione persstringant. Denique aiebat. et qui delictis vivunt. si forte corporis sui egritudo deponat. ab omnibus que noxia esse iudicaverit medicus. abstinebunt. cur non hec multo magis monachus faciat. cui anime et spiritus sanitas expetenda est.

De Nitrie monasterio.

Uidimus autem et ad Nitriam. famosissimum in omnibus egypti monasterium locum qui quadraginta fere

milibus abest ab alexandria ex nomine viciniam adiacentis. in quo nitri colligitur. nitrie vocabulum trahens. perspiciente hoc credo iam tunc divina providentia. quod in illis locis peccata hominum tanquam nitro sordes abluenda essent et abolenda. In hoc igitur loco. quingenta fere aut non multominus cernuntur vicina sibi. et sub uno patre posita monasteria in quibus aliqui plures siml. alij pauci nonnulli etiam singulares habitant et mansionibus quidem divisi. animo autem ac fide et caritate valde coniuncti et inseparabiles manent. Huic ergo cum appropinquarem loco. ubi peregrinos fratres adventare senserunt secum dei. continuo velut examen apud singuli quibus ex suis cellulis prouit. atque in obviam nobis leto cursu et festina alacritate contenti. portantes secum quod plurimi ipsorum preces aque et panes. sicut quod propheta corripit quosdam dicit. quod non existis filii israel in obviam cum pane et aqua. Tunc deinde susceptos nos adducunt primo curam psalmis ad ecclesiam. lavant pedes. ac singuli quibus linteis. quibus utebantur abstergunt. quasi vie labore levantes. re autem vera vite humane eternas. misericordis traditionibus abluentes. Quod ergo nunc de humilitate eorum quod de officijs. quod de caritate loquar. cum omnes gestirent nos. ad suum quilibet introducere monasterium. et non ea solum que hospitalitati debentur expleri. sed et insuper aut de humilitate qua ipsi pollebant docere. aut de mansuetudine atque alijs hominum bonis que apud illos velut ad locum de seculo sequestratos. diversa quidem genera. vna tamen eademque doctrina discuntur. Nusquam sic vidimus florere caritatem. Nusquam sic vidimus opus feruere misericordie. et studium hospitalitatis impleri. Scripturarum vero divinarum meditationes et intellectus atque scientie divine. nusquam tanta vidimus exercitia. ut singulos pene eorum oratores. credas in divina esse sapientia.

De loco qui dicitur Cellia.